31. May 1329.

Dudum In Curia nostra quaestione e-
ntes Petrum S. Moreriis et Ejus in hac parte
Consortes ex parte una, et Procuratorem
Nostrum et Praepositorum Monetariorum
et operariorum Monetae Nostrae Tholosanae
ex altera. Super Eo quod dictus Petrus
nominibus quibus supra dicebat quod
licet olim pro Ipso et Ejus in hac parte
Consortibus fuisset quaedam diffinitiva
Sententia Lata per Magistros monetae
nostrae Tholosanae et subsequentes Senescallum
Nostrum Tholosae seu Ejus Commissarius ex

Commissione regia speciali ipsis partibus judicialiter ad plenum auditis per suam sententiam diffinitivam pronuntiasset et declarasset praedictam sententiam per ipsos Magistros tunc Monetae Tholosanae ut praemittitur latam fore Executione demandam et demum appellatio quam ob declarationem et pronunciationem praedictis Iidem praepositi ac Eorum Consortes ad nostram Curiam Emiserant per Judicem in causa appellationis hujus modi a Curia nostra datum ... fuissent propter lapsum fatalium ut de sententia sententialiter pronunciata et dicto seneschallo pro Executione dictae primae et principalis sententiae remissa nihilominus praedicti Episcopi et Eorum in hac parte Consortes Executionem praedictum seneschallum Executioni demandari rejectis que et nonobstantibus partis adversae impedimentis quibus cum que aliis plures rationes super hoc proponendo praefatis Procuratore nostro et praepositorum et Monetariorum

praedictorum ex adverso proponentibus et dicentibus praedictae Sententiae non debere Executioni demandari quam plures rationes Nullitatis et aliae super hoc proponendo auditis Igitur in Curia nostra partibus antedictis visis que Sententiis et rationibus partium diligenter attentis Per Judicium dictae Curiae Dictum fuit praedictam Sententiam fore Executioni demandatam nonobstantibus propositis ex adverso, –

Datum die ultima Maij anno Millesimo trecentesimo vigesimo nono –

S. Alamani R./.